

existente in nobis peccato in proximum, nequaquam placere possumus domino in vno actu manente adhuc peccato in Deum in alio, cum grauius sit peccatum, quod committitur in Deum, quam peccatum, quod committitur in proximum. Accedentibus ergo ad Deum necessaria est perfecta iustitia, qua declinatur ab omni culpa, qua non solum foris, sed in tus recedimus ab eo, quod nos separata Deo. Hanc autem isti soli habent, qui verè iusti sunt iustitia legalis quo ad se, quo ad proximum, quo ad Deum. Hinc Proverb. 10. Nil proderunt thesauri im pietatis, iustitia verò liberabit à morte. Et cap. 12. In semita iustitiæ vita. Item iusti in perpetuum viuunt Sap. 5. Iusti hæreditabunt terram ps. 36. Hæc porta dñi, iusti intrabunt in eam ps. 117. Si illa quis secutus fuerit, apprehendet, & proteget habentem in sempiternum. Eccl. 27. Iustum etenim deduxit per vias rectas, & ostendit illud regnum Dei &c. Volens autem iustitiam exercere veram non fictam. Primum sese accuset. Prou. 8. suas imperfectiones abstergendo, & animæ suæ vt Deo placeat miserando. Studeat hanc imitari doctrinam euangelicam iustioris doctrinæ declaratiuam. Volens christianè, & piè Deum colere, & perfectam iustitiam exercere, prius & principalis intendat voluntatis, ac intentionis rectificationem, quam exterioris operis vrbane, decenti, & nonnunquam curiosæ compositioni. Hinc plerique errant, qui magnam diligentiam habent in compositione corporis, in custodia cerimoniarum, preciosis ecclesiarum ornamentis, picturis, ac structuris parum curando de rectificatione cordis. Tales cultores Deo non placent. Vnde in cubiculo cordis nos orare docet, ac in spiritu, & veritate, sicut ait Io. 4. In spiritu adorat, & veritate, qui in charitate perfecta, & fide recta, quæ sunt opera interiora, & spiritualia adorant. Non enim propter opus voluntas bona est, sed propter bonam voluntatem opus bonum. Vnde lucerna corporis est oculus cordis, qui si fuerit simplex, totum corpus operationum lucidum erit. Mat.

6. Idcirco quicquid acturus es in diuino cultu, legendo orando, celebrando, ecclesiâ m, sermones, elemosinas &c. frequentando, prius dicite cordis intentionem, & hac rectificata procede ad opus, prius meditare quid, cui, pro quo facias. Et his rectificatis, & in Deum finaliter ordinatis, opus produces rectum & bonum.

Respectu proximi, ne appetatur vindicta iniuste in eum, hæc notanda est doctrina. Irasci fratri intus in animo, & vindictam querere, seu appetere in eum, non ad victoriam iustam exterminationem, & correctionem, nec habendo oculum ad iustitiam legitimam executionem, non vt virtus plantetur, & Dei iustitia exaltetur, sed ex odio, saltem vt inimicus puniatur, non vt corrigatur, & ad satiantium libidinem vindictæ de iniuria illata, malum est, & iustitiæ euangelicæ contrarium. Valde enim refert secundum Alexan. parte 2. quæst. 1. lix. men. 4. intendere in vindicta solam iniuriantis punitionem ex odio concepto in eum, & intendere secundum ordinem aequitatis, & iustitiæ eius salutiferam correctionem, Dei quoque laudem, & reipublice profectum vberiore.

Primum facit ira per vitium, quæ principaliter intendit vindictam, vt malum proximo, quem diligere deberet. Secundum perficit ira zeli, quæ fertur in bonum proximi, ad quod ducit, & ordinat ipsum pena iuste illata, & discretionis sale condita, qui sic irascitur ira vitii proximo in mente, & si non ledat opere iniustus est, & proximum non diligit. Contingit ergo in ira inuenire malitiæ ex parte obiecti, si vindicta alicui appetatur contra dictam rationem rectæ, vt quis velit punire eum, qui non meruit, vel vltra, quam meruit, vel non secundum ordinem iustitiæ, nec propter debitum finem, qui est correctio culpe, & conseruatio iustitiæ. Bonitatem verò contingit in appetitu vindictæ seu in ira inuenire, si sit ratione regulata, vt appetatur vindicta illi, qui meruit, & moderatè prout meruit, seruatò ordine iustitiæ, & propter finem debitum, sic

Non appetenda est vindicta iniuste in proximum.

Accedentibus ad Deum necessaria est perfecta iustitia.

ipso ob
illa ob
tunc im
ni debet
omni pag
an m